



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput XII. De Ministris Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

nodum, & quod hæc in Spiritu sancto legitime congregata, decernit, Spiritus ipse sanctus decernere videtur, juxta illud Concilii Hierosolymitani: Visum est Spiritui sancto, & nobis. Itaque saluberrimam esse Conciliorum auctoritatem dubitare debet nemo, & quod ex eodem Concilio Hierosolymitano intelligitur, est etiam penes Ecclesiam potestas constituendi Canones.

Sæcul. XVI.
A. C. 1548.

CAPUT XII.
De Ministris Ecclesie.

Ecclesia habet sacra, & externa, quæ pie, & salubriter ad utilitatem Christianorum tractanda sunt, atque explicanda, quo minus ministri, qui muneribus ad has res necessariis funguntur, eidem Ecclesie deesse vel possunt, vel debent, ac munera quidem hæc omnibus Christianis communia non sunt: verum Deus ipse initio dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi: itaque tempore Apostolorum non omnibus data fuit potestas ad functionem munerum Ecclesie, sed certis tantum, iisque ad eadem ipsa segregatis: cavendum est igitur nobis,

ne

ate
ernnen-
vinis:
, qui
e Apo-
Domini
Ecclie-
patem-
expre-
pturis
Ha-
Cbrri-
borum
is qui
am ef-
bujus
, &
cendi,
Ecclie-
pote-
illud
Ha-
Nam
testas
quæ-
ba-
di de
r Sy-
dum,

Sæcul. XVI
A.C. 1548

ne spirituale Sacerdotium, quod omnibus Christianis, quos Spiritus sanctus unxit, commune est, cum hoc externo, atque ministeriali, quod non omnium est, sed eorum tantum, qui ad hoc vocati, atque rite ordinati sunt, confundamus: quod sine gravi, ac pernicioſa Ecclesiarum perturbatione, atque calamitate accidere non potest.

CAPUT XIII.

De summo Pontifice, & Episcopis.

Ecclesia etsi multos habet Episcopos, qui populum ejus, quem Christus pretioso sanguine suo acquisivit, regunt, idque jure divino, unum tamen in remedium Schismatis, qui ceteris omnibus præsit cum plenitudine potestatis, summum Pontificem habet, idque pro prerogativa Petro concessa: quod ipsum quam utile sit ad avertenda ab Ecclesia schismata, satis constat iis, qui non ignorant, a contemptu bujus summi Sacerdotis plerumque schismata orta esse, ut Cyprianus scribit, & res ipsa testatur: qui igitur Cathedram Petri tenet summus Pontifex, eo jure, quo Petrus accepit a Christo, dicente: Pafce oves meas, universam Ecclesiam & gubernat, & gubernare debet, qua tamen potestate sua uti debet non ad destructionem, sed ad ædifi-